

## EXEGESIS.

**I**nterdum fit, ut Magistratus ad erectionem aut reparationem patibuli præter fabros lignarios & cæmentariorum operam desideret; qui itidem ejusmodi opus construere vel illud reficere recusant, nisi omnes, quotquot isti arti dediti sunt, & sub illa jurisdictione habitant, convocentur, & conjunctâ operâ illud perficiant. Verùm quem modum Judex observare tenetur in adducendis fabris lignariis, eundem quoque adhibere debet in cæmentariis sub pœna decem aureorum Rhenanorum cogendis, sed sub debita mercede, & præstanda securitate contra injurias convitiatorum, & potissimum, ne ob collatam operam propterea famæ, dignitatis & jurium collegii sui faciant jacturam. *Ratio* est, quia in paritate causæ par jus desideratur: esse autem in præfenti casu inter lignarios & cæmentarios paritatem causæ, inde patet, quia nulla ratio diversitatis dari potest: unde quod dispositum est de fabris lignariis, idem quoque in omnibus de cæmentariis dispositum esse debet. Vide Remum *ad h. artic. pag. 193.* & Zieriz, *ad eund. pag. 212.*

## ARTIC. CCXVIII.

*Consuetudines, seu corruptelas potius, ex usu forensi multas  
& malas tolli oportere.*

Daß Mißbräuche und böse unvernünftige Gewohnheiten/ so an etlichen Enden gehalten werden/sollen abgeschaffet seyn.

**N**ach dem an etlichen Orten gebraucht und gehalten wird / so ein Ubelthäter gestohlner oder geraubter Haab betreten / und gefänglich einkömmt / daß alsdann solch gestohlen oder geraubt Gut / demjenigen / so es also gestohlen oder geraubt worden / nicht wiederum zugestellt / sondern der Obrigkeit des Orts eingezogen. Desgleichen an vielen Enden der Mißbrauch / so ein Schiffmann mit seinem Schiff verfähret / Schiff brüchig würde / daß er alsdann der Obrigkeit desselben Orts mit Leib und Gütern verfallen seyn soll; Item / so ein Fuhrmann mit einem Wagen umwürffe / und einen unversehlichen tödte/

Bbbb 3

tödte/